



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Anthologia Sacra

Ex Probatissimis Vtrivsqve Linguæ patribus collecta, atque Octastichis
versibus comprehensa

Billy, Jacques de

Parisiis, M.D.LXXV.

Satius esse interdum cedere, quàm rixari. 34.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50828](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50828)

S A C R A

Sion fles, etiam quando tibi
cundum Babyloniam bene
oportet vt fleas.

Lib. 9.
cap. 28.

Has etiã præter, niueas) Gregor
Papa in libris Moraliũ exp
nãs hæc verba Iob, Si lotus fuerit
quasi aquis niuis, per huiusmodi
aquas, quia nõ de terra fluunt
fontium, aut fluminũ aquã, se
cælo labũtur, lachrymas eas
tissimè significari posse ait, quod
nõ ex vlliº terrenæ rei desiderio
verũm ex ardētissima æternæ
tæ cupiditate funduntur.

Satius esse interdum cedere, quàm rixari.

34.

IN rixis grauihus nonnunquam cedere præstat,
Quàm nimium niti, victor vt esse queas.
Sape etenim in lucta vincit, qui, ludat vt hostem,
Quem præstare videt robore, sponte cad. t.
Æquore turbato præstat demittere vela,
Sulticia pœnas quàm dare morte graues.
Esse iuuat facilem, rapidus quod saepe nequiuit
Aphricus, hoc Solis feruida flamma facit.

In rixis) Admonet Augustinus
 cauendum esse ne tempestate cō-
 tentionis serenitas charitatis ob-
 nubiletur. Atque in epist. ad Pa- *Epi. 86.*
 centium his verbis vtitur. Non *et 174.*
 bonum hominis est hominem
 vincere, sed bonum est homini
 vt eum veritas vincat volentem:
 quia malū est homini vt eū veri-
 tas vincat inuitū. Nā ipsa vincat
 necesse est, siue negantē, siue con-
 fitentē. Hæc Augustini verba ad-
 uersus eos faciūt, qui nulla in di-
 sputatione aduersario herbā por-
 rigere, nec se victos confiteri vo-
 lūt, quamuis etiā certissimū ha-
 beant, se malā causam tueri. Que-
 quidem impudētia nimis grauis
 est, atq; ab intolerabili quadam
 superbia proficiscitur. Quocir-
 ca Gregorius Naziāzenus in suis
 Tetrastichis ab huiusmodi vitio *Tetr. 38.*

S A C R A

nos his verbis dehortatur.

Non obtinere cuncta, nec semper, stude.

Bene vinci ames plus, improbè quàm vincere.

Athleta nam non vincitur, quisquis iacet:

Humi sed hostem saepe qui stratum tenet.

Atque idem Author in mag
 Apologetico nihil maius ad
 tutem adipiscendam impedi
 tum afferre censet, quàm nem
 cedere velle. Ob eamque cau
 Plinius secundus, nisi me mem
 ria fallit, amicum quèdam ali
 commendans, inter cæteras
 des, quas de illo prædicat, ut
 illi conciliet, hanc numerat, S
 vinci: his nimirum verbis ip
 suauitatem apertissimè declar
 Ac sanè perniciosum victorie
 nus est, in rixando superiores
 re. Vt enim præclarè ait Basil
 in malis contentionibus ma
 rior est is qui vincit: quia p
 secum peccati aufert. Ac lon
 satius est, si nobis cum aliq

Orat.
aduers.
Irafc.

contentionis studio flagrante resistit, ut posteaquam rationes nostras modestè ac leniter exposuerimus, conticescamus, quàm ut contra Pauli consilium verbis contendamus ad subuersionem potius eorum qui audiunt, quàm ad utilitatem. Quo quidem spectat id quod de Philosopho quodam memoriè proditum est, cui cum aduersus peruicacem atque honoris auidum aduersarium disputandum fuisset, atque ille ipsi tãquam victo insultaret, Esto sanè, inquit: quamuis tamè victus sim, tranquilliore tamen, quàm tu, sumno fruar. Quæ profectò verba admodum sapiente viro digna sunt, animiq; perturbationibus valde imperante. Et sanè hac ratione pro ea victoria, quàm alter sibi insolenter arrogabat, longè ampliorem ac præ-

2. Tim. 2

clariorem adeptus est, nimirum
 modestiæ & comitatis. Huc
 que pertinet similitudo ea, quæ
Lb. 1 of- affert Ambrosius, nõ admodum
fic. cap. 5. dissimilis, quã ex Naziãzeno
 proximè attulimus. Hęc sunt, in
 arma iusti, vt cedēdo vincat, in
 periti iaculandi cedentes solent
 vincere. & fugientes grauioribus
 sequentem vulnerare ictibus.

Quod sæpe nequirit) Plutarchus
 in lib. de Præceptis connubialibus
 vt ostendat virum obsequio
 comitate plus apud vxorem
 cere, quàm vi & clamore, ad
 fere modũ loquitur. Ferunt quidam
 dam solem aquilone superioribus
 extitisse. Nam cum ventus ve
 menti flatu cuidam pallium
 torquere conaretur, arctius illud
 strinxit, atque compressit. Post
 autem, sedato vento, cum sol
 dentes in eũ radios traicere

pisset, præ nimio æstu, non modo
palliū, sed & tunicā quoq; exuit.

De hominis peruersitate.

35.

Serpentum nobis dens est, mens laua columba:

Stultitia Et pueros, & superamus omes.

Et canis est morsus nobis, Et equina libido:

Vt leo nos furintus semper, Et instar apis.

Formica ventris non cura est maior alendi:

Fermenti & veteris nos comitatur acor.

Sic innata feris mala nobis cuncta supersunt:

Cum bona deficiant insita cuncta feris.

SCHOLIA.

Serpentum nobis) Eadē res in Scri-
ptura diuersas ob causas per sæpe
diuersis modis accipitur. Exem-
pli causa: Serpens vbique in malā
partem sumitur, præterquam a-
pud Matthæum, vbi ipsius pru- *Mat. 10*
dentia nobis ad imitandum pro-
ponitur: nempe vt quemadmo-
dum ille præ cæteris partibus ca-
put summo studio tuetur, sic nos
quoque Christi, capitis nostri,